

- nens, Leniter, blandè, & quasi tentando tangere.
- Palpari, Adulari. Plaut. Amphit. 6. 9,
 Observatote quàm blandè mulieri palpabitur.
- Palpari, dativo iungitur, aliquando etiam accusativo. Horat.
 2. Serm. Satyr. 1. 4,
 Cui malè si palpere recalcitrat undique tutus. Iuvenal.
 Satyr. 1. 4,
 — quem munere palpat Carus.
- Pectora præbet palpanda manu. Ouid. 2. Metam. 174.
- Palpator, penult. prod. palpatoris (παλαστής) Verbale.
 Plaut. Rud. 4. 38,
 Ecquem tu hic hominem crispum, incanum uideris,
 Malum, periurum, palpato rem?
- Palpatio, huius palpationis (παπάεια) Plaut. Menæch. 1. 4. 33,
 Aufer hinc palpationes.
- Palpito, palpitas, penult. corr. palpitare (παπίτω, ἀπαπίτω)
 Leuiter ac frequenter moueri. Cic. 2. de Natur. deor. 35, A-
 nimaduersumq; sepe est: quum cor animantis alicuius e-
 uulsu ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam ce-
 leritatem, &c.
- Palpitat cerebrum. Plin. lib. 7. cap. 16. 5.
- Iecur pauidum palpitat trepidis uenis. Senec. Herc. Oet. 6. 1.
- Ignis arduus palpitat. Stat. 12. Thebaid. 15.
- Lingua exēcta palpitat. Lucan. lib. 2. 37.
- Palpitans uertex. Plin. lib. 7. in Præf. 4.
- Sup. r aliquam palpitare. Iuuen. Satyr. 3. 14.
- Palpitatio, Verbale (παπαγούσι) proprie cordis est, & deinde
 partium singularum frequens & continuus motus. Plinius
 libro 32. capit. 5. 5, Imponat supra cordis palpitationem
 mulieri dormienti. Idem lib. 11. cap. 4. 2, Itaq; diuulsis præ-
 cipua uiuacitas, & partium singularum palpitatione.
- Palpitatus] huius palpitatus, penultima producta. Aliud
 uerbale Plin. lib. 9. cap. 30.
- Palpos] Pomponio & Straboni oppidum est Syriæ. Hodie
 Gibel uocatur, teste Oliuario in Melam.
- Palpicium] Palficij, oppidum in Istria. Plinius libro 3. ca-
 pit. 19.
- Palsum] flumen est Britanniæ, apud Plinium, libro 5. ca-
 pit. 1.
- Pallus] fluius in Mauritania. Plinius libro 5. cap. 1.
- Paltos] oppidum ad Libanum montem in Syria. Plinius lib.
 5. cap. 20.
- Paltus] Locus in Syria, circa quem Memnon sepultus est, ad
 flumen Badam. Strab. lib. 15.
- Palpum, palpi (πάλασσα) Blinditie dicuntur. Plautus
 Iseud. 1. 4. 41,
 Ego istuc alijs dare condidici, mihi obtrudere non potes
 Palpum. hoc est, blandiri, & spem inanem uerbis iniicere,
 ut ait Erasmus.
- Paluda] à paludamentis: Sunt hæc insignia & ornamenta
 militaria. Varr. lib. 6. de ling. Latin. allegat uersum antiqui
 cuiusdam poetæ,
 Corpore tartarino prognata paluda uirago. Paluda,
 id est, paludata. Turnebus mallet palude, quum constet Mi-
 neruam ad Tritonidem paludem natam fuisse, ut ea ferè pa-
 lude prognata uideatur: & quod Latini sermonis consuetu-
 do uix hoc patiat ut paludum pro paludato loquamur.
 Sed fas non sit, inquit, à tanti scriptoris sententiâ recedere.
- Paludamentum] huius paludamenti (παλαμῆς, ἐπιπέδι,
 ποινίς) Insigne ac ornamentum militare, præcipuè ta-
 men Imperatorum. Ideo quum ad bellum exit imperator,
 ac lictores mutauerunt uestem, & signa incinuerunt, dici-
 tur proficisci paludatus, authore Varrone de lingua Latina
 libro 6. Linius, Cum paludatis lictoribus profectus ab Vr-

- be, Brundisium uenit. Sallust. Histor. libro 3, Et eodem tem-
 pore Lentulus duplici acie longum editum multo sanguine
 suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta astari,
 & delectæ cohortes intelligi cœpère. Budeus, Paludamen-
 tum chlamys est imperatoria, id est, eorum qui exercitus e-
 ducebant. Valerius lib. 1. de Crasso loquens, qui apud Par-
 thos occubuit, Pullum, inquit, ei traditum est paludamen-
 tum, quum in prælium exeuntibus album aut purpureum
 dari soleret. Paludamentum hodie cottam armorum uoca-
 mus. Hactenus Budeus.
- Imperatoria paludamenta. Plin. lib. 22. cap. 2. 1.
- Paludamentum, pro ueste militari, etiam eius qui non esset im-
 perator. Linius 1. ab Vrbe, 108, Cognitoq; super humeros
 fratris paludamento sponsi quod ipsa consecerat, soluit crē-
 nes, & flebiliter nomine sponsi mortuum appellat. Pa-
 ludamentum enim illud erat unius Curiatorum, quorum
 nemo, ut arbitror, imperator in Albanis fuit. Baysius.
- Paludamentum etiam de ueste muliebri. Plin. lib. 33. cap. 3. 22,
 Nos utdinus Agrippinam Claudij principis, edente eo na-
 ualis prælij spectaculum, assidentem, ei indutam paludamen-
 to, auro textili sine alia materie.
- Paludamenta, inquit Varro de ling. Lat. libro 6, propterea
 dicuntur, quod qui ea habent, conspiciuntur, ac fiunt
 palam.
- Paludatus, penult. prod. Adiectiuum (παλαμωτός) Qui uel
 imperatoriam chlamydem, uel alia eiusmodi ornamenta mi-
 litaria gestat. Cicero ad Cassium, libro 1. 17. 5, Pansa noster
 paludatus ad 11. calend. Ianuar. profectus est. Idem ad At-
 tic. libro 4. 82. 2, Crassum quidem nostrum minore digni-
 tate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius
 L. Paulum.
- Duces paludati. Iuuenal. Satyr. 6. 40.
- Paludati in libris auguralibus significantur, ut ait Veranius,
 armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paluda-
 menta dicit Festus.
- Paludapium] ἐλασσέλιον, Apij species circa aquædu-
 ctus, & in palustribus nascens. nomen est à Theodoro ad
 imitationem Græcæ compositionis confictum: Græci e-
 nim hanc herbam ἐλασσέλιον appellant, quasi palustre
 apium.
- Palumbes] palumbis (παλῦς) tam masculini quàm femini-
 ni generis, Syluestris columba, in arboribus sepibusq; nidi-
 ficans. Virgil. 1. eclog. 12,
 — rauca, tua cura, palumbes. Lucanus,
 — macrosq; palumbes. Plinius libro 10. capit. 35, Viue-
 re palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadrage-
 simum, Aristoteles author est, &c.
- Aeriæ palumbes. Virg. 3. eclog. 14.
- Palumbus & palumba. Martial. lib. 13. 67,
 Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi.
 Propert. lib. 4. eleg. 5. 13,
 Sed cape torquate Venus ô regina palumbæ. Ement-
 datiora exemplaria legunt, columbæ. Plinius libro 30. ca-
 pit. 7. 5, Item, palumbus ferus, & è posca decoctus. Colum-
 libro 8. capit. 8. 1, Hac eadem ratione palumbos, colum-
 bosq; cellares pinguisimos facere contingit.
- Palumbinus, penult. prod. Adiectiuum (παλῦνός) Quod ex
 palumbe est: ut, Palumbina caro. Plin. lib. 30. cap. 12. 5.
- Palus] prima breui, & secunda aliquando, sed rarissimè, in-
 differente, licet crescat in genitio paludis, penult. prod. te-
 ste Seruio (ἐλάσ) Horat. in Arte, 13,
 — sicrilisq; diu palus, aptaq; remis. Est autem palus, lo-
 cus aquosus, uel aqua non fluens, neq; perpetua. Dixi
 non perpetua, quia lacus quamuis non fluat, tamen aquam
 habet